



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 46. Mors Cardinalis Rossii, seu de Rubeis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI Angleria eidem *Oceanæ Decadis* librum
A.C. 1519. quintum & sextum, necnon carmen in
 obitu Regis Catholici a se compositum
 nuncupavit.

§. XLVI.

*Mors Cardinalis Rossii, seu de
 Rubeis.*

*Ciacon. in
 Leon. X.*

p. 389

Garimb. l. 7.

Quartus denique ac postremus erat A-
 loysius Rossius, seu de Rubeis, Flo-
 rentinus ex Patre Leonecto equite no-
 bili & clarissimo cive, ac ex Leonis X.
 Pontificis maximi Sorore natus Anno
 Domini millesimo quadringentesimo se-
 ptuagesimo quarto. A puero sub Leo-
 nis Papæ cura educatus, in literarum stu-
 diis a celebribus omnino Magistris eru-
 ditus est; ac summo Pontifici apprime
 carus fuit ob singularem ejus in rebus
 gerendis dexteritatem: unde etiam Ros-
 sius ex gratitudinis debito tam in ad-
 versis quam in prosperis fidissimus Papæ
 comes exstitit; horumque meritorum
 suffragio ab eodem Leone ad supremos
 Ecclesiæ apices evecto sub annum Chri-
 sti millesimum quingentesimum decimum
 septimum Cardinalis tit. S. Clementis re-
 nunciatus est. Exiguo post adeptam
 purpuram tempore vixit; extremum e-
 nim diem clausit Romæ in Apostolico
 Palatio die vigesima Julii Anno Incarna-
 tionis

tionis Dominicæ millesimo quingentesi-
mo decimo nono, cum annum ageret Sæcul. XV.
nonnisi quadragesimum quintum. A.C. 1519.
Fe-
runt, ipsummet mortis suæ causam ex-
stitisse, cum quodam remedio po-
dagræ dolores depellere tentaret. Se-
pultus est sine ullo funebri pompa in Ba-
silica S. Petri cum quadam inscriptione
ab ipso Pontifice posita: Demum vero
corpus ejus Florentiam translatum, & in
Ecclesia S. Felicis in magnifico tumulo
marmoreo conditum est. Hic Cardina-
lis ad vitia proclivis, imo etiam impudi-
citiæ immortalis a nonnullis dicitur (*).

§. XLVII.

(*) Ita Garimbertus, cui & summos Pon-
tifices & Cardinales sæpe injustis maledictis o-
nerare, satis solemne esse, optime notavit P.
Oldoinus in Ciacon. tom. 3. fol. 345, additque
fol. 389. in vita Cardinalis Rossii: In hunc alio-
qui virum præstantissimum, satyrico potius sty-
lo & sine causa inveltus est Garimbertus, eun-
demque uti ad vitia plura proclivem atque im-
pudicitia notatum usque ad obitum vulgavit,
quem tamen virum ingenii perspicacitate, acuti
judicii, & in omnibus liberalem Florentina mo-
numenta testantur.